



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

IV. Non licere episcopo, vel cuiquam clerico, so exauctoratus fuerit,
ministrare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

ANNO
CHRISTI
341.

uit, perpetuo manere, vltius ministrare non debet, præsertim si ab episcopo suo ad reuertendum fuerit exhortatus. Quod si & post euocationem sui episcopi non obedierit, sed inobediens perseuerauerit, omnibus modis ab officio suo deponi debere, nec aliquando facultatem habeat ad ecclesiasticum ordinem redeundi. Si vero propter hanc culpam depositum alius episcopus susceperit, & ipse a communi Synodo arguatur, tamquam ecclesiastica iura dissoluens.

IV.

*satisfac-
tionis

Si quis episcopus a Synodo fuerit depositus, vel presbyter, vel diaconus, a proprio episcopo condemnatus, & præsumperit sacerdotii seu sacri ministerii aliquam actionem, non ei amplius liceat neque in alia Synodo spem restitutionis habere, neque * assertionis alicuius locum, sed & communicantes ei abiici omnes ab ecclesia, maxime si, postquam cognouerunt sententiam aduersus eum fuisse prolatam, ei contumaciter communicant.

V.

Si quis presbyter, vel diaconus contempto suo episcopo, seipsum ab ecclesia segregauerit, & priuatim apud se, collectis populis, altare erigere ausus fuerit, & nihilo minus, episcopo se exhortante, & semel & iterum reuocante inobediens extiterit, hunc modis omnibus deponendum, nec aliquando consequi curationem, aut proprium honorem precipere speret. Quod si etiam perseue-

Concil. Tom. 2.

P P P P